

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm  
Spiritvale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

Capvt Secvndvm. De cultu B. Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

## CAPVT II.

EXERCITIVM  
PRIMAE REGVLAE  
SODALITATIS, DE  
CVLTV DEIPARAE  
Virginis.

## PARS PRIMA.

*Non esse nouum institutum erigendi Sodalitates in honorem virginis Mariae.*

**V**T de religiosis ordinibus, quos prope omnes beatissimam Dei parentem pro domina, patrona, parenteque etiam sua adsciuisse constat, nihil adferamus; variæ inter Christianos maiorum nostrorum seculis erectæ fuerunt sub auspiciis Diuæ virginis Sodalitates. Hungarica in primis gens vniuersa à B. Stephano primo eius gentis rege Christiano, D. virginis, cui admirandæ operæ Basilicam in regia Albanensi vrbe exerat, tutelæ ac potestati addicta & consecrata est; ex eoque tempore Hungaria tota Dei parentis familia appellata est. Et sanè beatissimæ Virginis apud eam gentem tam

cxi-

*Hungaria  
tota appellata olim  
familia  
B Virg.  
Laurent.  
Surius in  
vita S. Ste-  
phani, &  
S. Gerardi  
Episcopi.*

eximia fuit veneratio, ut non ausi præteruerentia, Mariæ nomen pronunciare, eius loco Dominæ vocabulum passim usurparent: Quod si contigisset Mariæ nomen pronunciari, actum flexis genibus, demissisque capitibus illud venerabundi exciperent.

Huic amplissimæ Hungarorum olim *Sodalitates pietati, ac familiæ virginæ succedere pos-* *Dominæ sunt innumeræ per Europam excitatæ So-* *Lauretanæ dalitates eorum, qui religionis, cultusq[ue] per Europæ Deiparæ gratia, ad sacram illi Lauretanam ædem peregrinati sunt.*

Sunt & alia in Hispanijs, Gallijs, & Ger- *Aliæ in va-* mania, Belgioque, in varijs ciuitatibus, & rijs prouin- *gio Sodali-* vibibus instituta sub augustissimo Mariæ cijs, & Bel- *xus fideles Dco Domino, parentique eius tates.* nomine Sodalitia, in quibus utriusque se deseruunt.

De Italia id dico tantum; beatissimæ *Sodalitiae* virginis tam sacram propè & deuotâ fuisse, lebris in I- quam tota olim fuerit Hungaria. Priuata talia, ante autem ante annos propè ducentos, & qui- annos pro- dem celeberrima, in vrbe Senensi fuit So- pè ducetos. dalitas, quæ vulgo Confraternitas bene di- sciplinatorum, siue benemoratorū B. Vir- ginis dicebatur, in domo Hospitali, quæ à scala nomen habet: ad quam Sodalitatem non admittebantur, nisi quorum fama es- set integra, bonaq[ue] existimatio. Ex hac

vnica Sodalitate abeuntibus per omnes  
propè Italiæ vribes Confratribus, ybique e-  
iusmodi benemoratorum sub auspicijs B.  
Virg. Congregationes excitatæ sunt. Et ex  
eo quidem sodalitio prodiere complures  
viri sanctitate & eruditione clarissimi; Io-  
annes in primis Columbinus Iesuitorum  
institutor: Franciscus Vincentinus Mōtis  
S. Bernardi Oliueti cū Bernardo Tolemero fundator:  
ni apud Su- D. Bernardinus ordinis Minorum decus-  
riū, tom. 7. gregium, alijq; permulti, siue Ecclesiastici,  
siue laici spectata probitate viri.

*Sodalitas* Sed omnes hasce Sodalitates, sui digni-  
sanctissimi tate, fructuque superauit nobilissima san-  
Rosarij à B. Etissimi Rosarij Sodalitas à B. Dominico  
Dominico ordinis Prædicatorū fundatore, circa par-  
contra Al- tes Tolosanas, primum instituta, ac dein-  
bigenses hæ ceps per Europam vniuersam egregiè pro-  
reticos insti pagata. Cuius id fuisse refertur initium.  
tuta.

Cum Italiæ, & Galliarum finitimæ partes,  
hæresum nebulis, & Albigensium maxi-  
mè, in ditionibus Tolosanis, & circumcir-  
ca positis Prouincijs miserè corrumperen-  
tur, ad eas excidendas B. Dominicus Spir-  
itu sancto afflatus, ad eam, quæ cunctas hæ-  
reses (ut canit Ecclesia) sola interemit, men-  
tibus, animisque consugiendum credidit.  
Itaq; pium per calculos aut orbiculōs oran-  
di modum (quod Rosarium dicimus) om-  
nibus etiam ignaris, ac rudib<sup>9</sup> pergium in-  
stituit;

SODALITATIS.

31

stituit; quo noua hac precandi forma, pul-  
satis haeresum tenebris, noua lux Catholi-  
cæ fidei aperiretur, ipsique fideles in alios  
quasi viros euaderent. Nec eum sefellit opi-  
nio: Ita enim obuijs omnium vlnis excep-  
tus est hic precandi ritus, ita eo contriti Al-  
bigenses, ea excitata quamprimum vtrius-  
que sex<sup>o</sup> pia sodalitia, vt maximo Christia-  
næ religionis bono, quod Sanctus vir intē-  
derat, & quidem multò opinione sua am-  
plius consecutus sit. Quo factum, vt & Ro-  
sarij ritum, & mysteria Rosario expressa,  
& institutas sub Rosarij nomine Sodalita-  
tes Summi Pontifices, magno sanè nume-  
ro, approbauerint, & Indulgētijs maximis  
beauerint.

Hanc celeberrimam Rosarij Sodalita- *Sodalitas*  
tem excepit Annunciatę virginis Congre *Annun-  
gatio*, ad illius imitationē, in singulis pro- *tæ Virg. in*  
pè Societatis Collegijs, non per Europam *Collegijs Se*  
modò, sed & per Americam, nouum Or- *cietatis Le*  
bem, & Indias, tum quę ad Orientem, tum *su.*  
quę ad Occidentem spectant, instituta stu-  
diosos inter, & literatos vt plurimum vi-  
ros, siue Ecclesiasticos, siue seculares: cuius  
Erectionis diploma primo capite descrip-  
simus. Quantos autem fructus ea Sodali-  
tas ybius locorum protulerit, res ipsa plus  
satis indicat; vt meritò usurpare illud  
Psalmistæ liceat: *A Domino factum est istud;*

*Opus eius.*

52  
Est mirabile in oculis nostris. Sed ad huius-  
modi sodalitatum bona, utilitatesque exi-  
mias veniamus.

## PARS SECUNDA.

Bona, & utilitates Sodalitatum beatissi-  
mae Virginis Mariae.

1 *Conformatio* PRIMVM Sodalitatis bonum esse po-  
tio quedā, *test conformatio* quædam, & similitu-  
dine *vitæ perfectioris & religiosæ*, quam  
do *vitæ per sancti Patres tantis laudibus extulerunt*, &  
*señioris & vitæ Christi*, ac *discipulorum eius confor-*  
*religiosæ*. mem iudicauerunt, in qua etiam figuram,  
& imaginem *vitæ illius cælestis ac beatæ*  
adumbratam esse tradiderunt. Cum verò  
non omnibus liceat esse Religiosis, in hac  
Sodalitate *umbram aliquam & similitu-*  
*dinem perfectioris eius vitæ habent & Ec-*  
*clesiastici, & seculares, ut ex sequentibus e-*  
lucescet.

2 *Patroci-* Nam in primis Sodales in clientelam se-  
*nium B. vir* potentissimæ, sanctissimæque Virginis, ma-  
tris Dei tradunt, sub eius alijs delitescunt, il-  
li sacri & dicati sunt, denique ita se ei com-  
mittunt, ut omnia non modo facta, sed e-  
tiam cogitata per eam Deo sincerè conse-  
cent. Quid autem non sperare, non im-  
petrare possunt tantæ Principis, tam potē-  
tis

us  
xi.  
—  
S.  
po-  
tu-  
am  
&  
or-  
m,  
ata  
erò  
hac  
tu-  
Ec-  
s e-  
n se  
na-  
t, il  
m-  
de-  
se-  
m-  
tē-  
us

tis Dominæ, tam benignæ parentis fulti  
præsidio?

Præterea non exiguum bonum est so- <sup>3</sup> *Suaus* os-  
dalitatis suauis, ac pia sodalium societas. *pia sodalitatis*  
Nihil certè ad vitam cum virtute transfigē- *Societas*.  
dam homini magis conferre potest, quam  
in bonorum societatem coire: quod pluri-  
bus postea demonstrabitur.

Quartum Sodalitatis bonum summa <sup>4</sup> *Communi-*  
est inter Sodales omnes coniunctio bono- *nicatio mu-*  
rum operum ac orationum, quæ tum ab *tua precum*  
vniuersa Congregatione; tum à singulis *cum vniuer-*  
Sodalibus fiunt: quarum siue presentes, si- *sis per orbē*  
ue iusta ex causa absentes; siue domi, siue *Sodalitijs*.  
foris negotiorum causa agentes, siue inte-  
gri, siue ægri, participes sunt, si modò So-  
dalitatis non mortua, sed viua membra sint.  
Quinetiam cum Congregationes singulæ  
ad Romanam, reliquarum omnium pri-  
mariam, & caput aggregatae sint, eademq;  
sit capitis, & membrorum ratio, vita, sen-  
sus; quis non vidcat eâdem Sodales Belgij  
omnes bonorum operum, precum, oratio-  
num, meritorum, sacrificiorum commu-  
nione gaudere cum Romana, ac per conse-  
quens, cum cæteris omnibus, quæ ab illa  
tanquam à fonte, & origine profluunt, il-  
lique tanquam capiti, ut membra coniun-  
guntur?

Quintum sibi locum vendicant scri- <sup>5</sup> *Scriptæ*  
regulæ.  
ptæ

ptæ regule. Quoniam enim nihil tam sanctum, nihil tam studiosè, & diuinitus institutum est, quod non statim diffluat, & dilabatur, nisi quibusdam legibus, ceu propugnaculis, & vallis muniatur, ac cōfirmetur, propterea habet hæc Congregatio suas leges, ac Regulas, ab Romana Sodalitate, omnium primaria & principe ad cæteras per Christianum orbem missas; que etsi neminem sub peccato obligent, quia tamen adiumenta quædam sunt, quibus Deo, parentijs eius Dominæ nostræ magis placeam, satis appareat, parum de B. Virginis honore & gloria, deq; salute propria sollicitum eū esse, qui eas facile neglexerit.

**Frequens** — Sextum Congregationis bonum, frequentijs quens est Confessionis, & sacrosancte Communionis usus, quo potius nihil est ad benisonis usus ne, beateque viuendum, ut suo loco pluribus ostendetur.

**Indulgentiæ.** — Adiici ad hæc bona debet, quod ex Indulgentijs huic Sodalitati concessis colligitur, adeò ut nullum ferè virtutis opus ab Sodalibus præstetur, quod remissione, relaxationeque pœnarum aliqua non fructuosis fiat. Et quidem ut in hanc Sodalitatem ingredientem Indulg plen. excipit, ita hinc ad aliam morte commigrantem prosequitur.

Non omittendæ sunt crebræ, ac frequentes

SODALITATIS.

33

quentes exhortationes, quæ in Congrega- 8 Frequen-  
tionibus habentur, quæ ad currendum ala- tes exhorta-  
crius stimulos admoueant, quæ torpētem tiones.  
in nobis caritatis ignem exsuscitent, quæ  
denique nos doceant, illustrent, moueant  
ad ea, q̄ & salutis, & Sodalitatis sūt, nauiter  
omnino, ac feruidè constanterq; obeunda.

Excipit bona hæc maximè necessariū 9 *Cura in-*  
in morbis ac infirmitatibus, extremisque *firmorum*  
vitæ angustijs adiumentum. Infirmum e-  
nim Sodalem cæteri publicis, priuatisque  
precibus impensè Deo, beatæque Virgini  
commendant, inuisunt, solanturque ali-  
qui, ac donec vis se morbi remiserit, aut fe-  
licer hinc demigraverit, nō cessant eum  
sibi habere commendatum.

Nec modò ad viuos extendit se Soda- 10 *Cura de*  
litatis huius beneficium, sed vita quoque *functorum*  
defunctos prosequitur. Si enim facultas ali *Sodalium*,  
qua offeratur, defuncti Sodalis corpus cæ-  
teri ad sacram sepulturam deferunt; ani-  
mam verò precibus communibus, Officio  
defunctorum, Missæ sacrificio, priuatisque  
alijs precibus, meritis, suffragijsque comi-  
tati, ad Deum attollere cōtendunt. Quam  
igitur & fœlix, & expertenda sit Sodalitas,  
quantis ad verissimæ pietatis prosequen-  
dum cursum facultatibus abundans, ex his  
decem illius bonis & ytilitatibus sat demō-  
stratum credimus.

PARS

## PARS TERTIA.

*Quibus officijs contineatur cultus  
beatissimæ Virginis?*

**C**VM beatissima virgo, Dei mater, huius Congregationis præses, patrona, que sit præcipua, quam proinde præcipua veneratione, cultuq; prosequi debent sodales eius & filij, dicendum paucis videatur, quibus officijs cultus hic, & veneratione definiatur, ut qua ratione, quibusq; modis colenda sit, omnes intelligent.

*Decem officijs cultus hic Deiparæ generatim cõtinetur. Primum autem est honor internus & externus. Internus in actu eo reuerentiae voluntatis nostræ consistit, quo cū debita submissione, subiectionisq; recognitione, de ipsius dignitate, & excellentia conuenienter sentimus: esse nimirum illam maiori, perfectioriq; dignitate & excellentia præditam, quam quævis alia creatura sit, ut propterea singulari animi demissione, ac summæ subiectionis recognitione eam creaturæ omnes admirari, & suspicere, & complecti debeant. Externus vero D. Virginis honor ex hoc interiore proficiuntur, ut nimirum exterius verbo vel quocunque officio testificemur & protestemur illius, quam interius, & mente cog-*

*Decem officijs B. virginis colitur.  
1. Honor.*

cognoscimus, maiestatem, dignitatem, excellentiam. Atque hic honor D. Virginis debitus Hyperdulia vocatur. Ex hoc primo fonte Christiani Officii in beatam Virginem factum est, ut sancti Patres tam honorificis, tam excellentibus titulis, ac nominibus eam appellauerint, ut patet in Litanijs, quae illi concinuntur, ad eam debitis praeconijs, & laudibus honestandam.

Colimus deinde beatissimam virginem *2. Salutationis* salutatione ea, quae verbis Angeli, & Elisabethae, pro veteri Catholicæ Ecclesiæ instituto & consuetudine, continetur. Quam quidem salutationem aliquoties subinde iteramus, ut saepius memoriam Redemptoris nostri, perduto mundo, tam latè annuntiati refriçemus, officiumq; quod tantæ matri, à nobis iure debetur, declaremus. Hinc Rosarium, eiusque recitandi titus, de quo infra dicemus, emanauit.

Salutationi Angelicæ prouida mater *3. Est in nobis*. Ecclesia Conclusionem eam adiecit, quæ *catio*. apertam continet precationem; ut doceat B. Virginem à nobis inuocandam, opem ilius, & suffragia nobis necessariò suppliciter imploranda: cùm potissimum nihil tantamater petat à filio, quod non impetreret, cùm nihil aliud petere possit, quod & illi gratissimum, & ijs quibus postulat salutare esse non sciat.

Coli-

4 Ferijs si-  
bi sacris B. bus, & ferijs illi sacris, scilicet Conceptio-  
Virgo colli-  
tur. Colimus deinde B. Virginem statis die-  
bus, & ferijs illi sacris, scilicet Conceptio-  
nis, Natiuitatis, Præsentationis, Annuncia-  
tionis, Visit. Purific. & Assumpt. de quibus  
paulò infrà dicemus.

5 Templis, Sed & templis, Oratorijs, Altaribus  
Oratorijs, Deo primū erexitis in honorē & memo-  
Altari- riam parētis sibi carissimę ipsam colimus,  
bus. & honoramus.

6 Sacrifi- Sacrificijs quoque; etsi enim sacrifici-  
cij. um nullum B. Virgini immolemus, cùm  
soli Deo debeatur; pro eius tamen B. paren-  
tis gloria, & in eius honorem noua, ac ve-  
rè mūda corporis Christi, & sanguinis ob-  
latio ab tota Ecclesia in vniuerso mundo  
offertur. Vnde piij homines Sacra & Missas  
de B. Virgine à Sacerdotibus celebrari cu-  
rant, non quòd sacrificium offerri velint  
Virgini, sed quòd offerri velint Deo in  
gratiarum actionem pro gloria collata  
D. Virgini, & vt simul eam interpellent  
tanquam Patronam, & Aduocatam, & Me-  
diatricem suam apud Deum.

7 Votis &  
promissio- Adhæc votis illi nuncupatis, honorē  
nibm. tribuimus, non tantū quatenus Deo vo-  
uemus ex parentis eius Marię amore ac re-  
uerentia, illam quasi testem obligationis,  
qua nos Deo obstringimus, appellantes, ac  
illius gloriola & potenti intercessione sta-  
tuentes & sperantes factam promissionem  
execui,

exequi, votumque dependere; sed etiam ipsum votum, & promissionem in ipsam terminantes; promittentes nimis illi aliquid, actu non latræ, sed hyperdulæ, ad eius opem tanquam patronæ, aduocatæque nostræ apud Deum implorandam; vel in signum gratitudinis, quod per eam insigne aliquod beneficium ab ipsius filio Deo acceperimus.

Insuper & imaginibus cuiuscunque <sup>8</sup> Imaginæ generis, seu sculptis, seu pictis, seu in cōpibus & statu-  
tis & triujs, siue alibi positis pio instituto tuis.  
& more B. Virginæ colimus & veneramur.

Succedant his peregrinationes ad loca illi sacra, & miraculis celebria, quibus <sup>9</sup> Peregrinatæ nationibus mirificè & admirabili sæpè fructu à Catholice B. Virgo colitur. Observatione autem & admiratione dignum est, nullam propè in Christiano orbe esse prouinciā, in qua vel templo, vel loca non sint mirandis esse Etibus, & miraculis illustria, ad quæ proficiscentes Christi fideles opportuno tempore misericordem Dominum per benedictæ matris merita, ad casus, & pericula cum corporis, tum animæ propulsanda non exorent. Obeundæ autem sunt eiusmodi peregrinationes fide integra, spe magna, caritate feruida, intentione purissima, spectato animæ fructu potius quam corporis.

Denique

10 *Ereditis* Denique Sodalitijs colitur beata Virgo in ipsius honoro, quæ sub augustissimo ipsius nomine norem Soda instituta, diuini cultus, laudis virgineæ, salutisque propriæ amore, ac desiderio, ab iis qui illius veri esse cultores desiderant, pietateq; frequentantur.

*Cultus Virginis Mariae præcious in virtutum eius imitatione consistit.*

Cæterum præcipuus, & potissimum Virginis cultus in virtutum eius imitatione consistit. Talis fuit Maria, ait beatus Ambrosius, ut eius unius vita omnium virtutum eius disciplina sit. Quicunque ergo sibi Mariæ optat præmium (dico ego) & Beneficium, Mariæ imitetur exemplum. Quocirca virtus eius virtutes, ac integerimæ vitæ exemplum exprimere in nobis, vel adumbrare saltem aliquo modo possimus, Meditatum in totam eius vitam, puncta aliqua proponemus, ex quibus amplissima & meditationis, & imitationis materies eruetur. Quid autem sit meditari, & quis unus eius, & fructus sit, infrà dicetur opportunius.

PARS

## PARS QVARTA.

*Puncta Meditationum in Septem B. Mariae  
virg. Festas principia.*

## PRAEMONITIO GENERALIS.

1. **S**equentia puncta, & considerationes expendi possunt ipsis ferijs B. Virg. & alias etiam, diebus potissimum festis, Dominicis, Sabbatinis, & quotiescunq; lubet reuocare in memoriam mysteria hæc, & excitare in se affectum, amoremq; beatissimæ Dei parentis.
2. Deinde obseruandum est, non esse necessarium hæc puncta omnia percurrere: nam si in primo, aut secundo mens afficitur & inflammatur, illi immorari expedit, cæteris punctis in aliud tempus reiectis.
3. Postremò Oratio præparatoria, & Colloquium omitti nunquam debent. Præparatoria autem oratio eadem esse semper solet, vt nimirum à Deo petamus illuminari intellectum, affectumque inflammari magis magisq; in Deum, & B. eius parentem, & in ea quæ salutis nostræ sunt. Colloquium autem mutari, & accommodari ad ea, circa quæ mente, & affectu versati sumus, debet. Quāvis hoc generatim & semper seruari debeat, vt aliquam virtutē, aut

D aliud

aliud quiduis consequi, quod ad animę nostrę bonum pertineat, postulemus.

## DE CONCEPTIONE *B. Virginis*

### CONSIDERATIONES.

1. Considerabis quomodo B. Virgo ab ēterno electa à Deo & prædestinata sit, vt filij sui mater esset, innumeris dotibus & priuilegijs supra creaturas omnes admirabilis, ne qua illi perfectio, dignitas & gloria deesset.

2. Considerabis à sanctissimis parentibus Joachimo & Anna conceptam, mira ipsorum voluptate, & Angelorum omnium in cælo, patrum in limbo, hominum in terra singulari lætitia; quod eo ipso momen to intelligerent datū principium restauratiōni cælestis Hierusalem, & nobilissimo omnium operi redēptionis humanae.

3. Considerabis Conceptionem B. Virginis fuisse purissimam, nullius labis affinē, è qua immaculat⁹ agnus ederetur, omnes à peccati macula mundaturus.

Colloquium; quo petes per merita & intercessionem B. matris suę à Deo cognosci, virtutibus illustrari, quibus esse possis voluptati Angelis & hominibus; puritatem item animæ & corporis integerimam.

Postic.

Postremò ages gratias sanctissimæ Trinitati de tam salutari B. Virg. Conceptione, cuius particeps esse optabis, concipiendo quotidiè noua desideria, Deo, & parenti eius indies exactius famulandi.

Pater noster, Aue Maria.

## DE NATIVITATE eiusdem.

1. Considerabis nascētem virginem habere progenitores Reges, Duces,

Principes, quibus tamen sanctitate morum, quæ vera est nobilitas, magis eluxit. Vnde quo nobilior secundum carnem, cō demissiore fuit spiritu, quæ vera altitudo est, quam altissimus Deus solam respectit & amauit in ea.

2. Considerabis dulcissimum ipsius nomen esse, Maria, quod stellam maris, Dominam, & illuminatricem significat. In tēpestatibus stella, contra aduersarias potestates Domina, in diuinis rebus magistra est. Vt stella, viam cæli nobis aperit; vt domina nos regit & defendit; vt illuminatrix vel magistra, nos docet & instruit. Quideo ergo nomine dulcius, quid fortius, quid sapientius? Tam mysticum ergo nomen ama, & animo inscribe tuo.

3. Considerabis quanta sit nascētis Virg.

D 2 per-

perfectio, quanta excellentia, quam cum filiabus Hierusalem admirare: clamant enim præ admiratione, Cant. 4. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut fil, terribilis ut castorum acies ordinata?* Aurora est, quia inter noctem & diem media, hoc est, inter homines, & Deum mediatrix. Candore suo, ut Luna, & sui similitudine ad solem, omnes anteuertit. Inter omnes, in Solis iustitiae matrem electa: dæmonibus omnibus, quorum conterit capita, omnino est terribilis.

In colloquio pete veram animi nobilitatem; sanctitatem inquam, & humilitatem, affectum amoremque, & præsidium nominis eius sanctissimi & potentissimi: candidam animam & lucentem, qua dignus sis inter electos Dei numerari. Age postremo sanctissimæ Trinitati gratias de hac virginis natiuitate, utq; nasci spirituiter, crescereq; quotidiè in virtute possis, per Mariæ patrocinium roga.

Pater noster, Aue Maria.

## DE PRAESENTATIO- ne eiusdem.

1. Considera quanta solicitudine puerula triennis à parentibus Hierosolymam

mam dēducatur; qua reuerentia ab eis in templo Deo p̄sente ur; quanta p̄mptitudine & pietate, ipsa tenerima virgo se se Deo dēdicet, & offerat; quanta voluptate sacerdotes nobile istud monile in templū accipient, & ad illi comparatum concluē dēducant. Ardent omnium animi, parentum, Mariæ, Sacerdotum.

2. Considera sanctissimæ Trinitatis in tam illustris doni receptione eximiam benignitatem. Pater recipit eam in filiam, Filius in Sponsam, Spiritus sanctus in mysticam sedem suam. Angeli eam accipiunt in amicam singularem, cum qua familiariter agant & colloquantur.

3. Considera puellulam parentes suos in ætate tenerima relinquere, ad ignotos adire, templum pro domo eligere, flores etatis primos Deo consecrare, viam angelicam degere; partim lectione, partim oratione, partim externa actione sanctissime dies transigere; exempla virtutis sue eximia omnibus dare, Humilitatis cum primis, Simplicitatis, Obedientiæ, Temperatiæ, abstinentiæ, silentij, alacritatis ad omnia celerrimæ, ita ut cæteris coætaneis suis admiratiōi sit, grata omnib⁹, nulli grauis.

Pete in Colloquio gratiā, qua te Deo, ex animo, sine procrastinatione vila dones; pete recipi à Deo & sancta Trinitate in

D 3 seruum

seruum saltem, si filij nomine indignus  
sis. Pete per Mariæ merita, & suffragia vir-  
tutes tibi necessarias, ut Deo placeas, humi-  
litatem maximè, obedientiam, castitatem,  
feruidam caritatem, &c.

Pater noster, Ave Maria.

### DE ANNUNCIA TIONE.

1. Considera SS. Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Regum, iustorumque om-  
nium vota, desideria, suspiria, Messiam ad-  
uenire cupientium: Angelorum item in  
cælo humanam calamitatem miseratiū  
voces: Mariæ cum primis humiles, arden-  
tesque preces idem exposcentes: quibus o-  
mnibus votis, suspirijs, vocibus, desiderijs  
tuas preces votaq; coniunge, ut in te Mes-  
sias adueniat, & concipiatur.

2. Considera sanctissimam Trinitatē im-  
mensa sua primum caritate, cælestium de-  
inde spirituum, Patrumque, ac iustorum,  
& Mariæ cum primis ardentibus suspirijs,  
votis, desiderijs, precibus commotam cæ-  
lestē cogere concilium: ibi iustitiae, miseri-  
cordiæque audientiam dare, illius ratio-  
nes, huius preces admittere; filium tandem  
rem totam definire, offerre sese pro redem-  
ptione hominum. Satisfacturum se docet  
iustitiae, patiendo; misericordiæ, liberan-  
do. Filij caritatem tantam commendat &

am.

amplectitur Pater; Spiritus sanctus ad eius conceptionem operam suam spondet. Osculantur se Iustitia & Misericordia; Pax & Veritas; exiliunt Angeli gaudio; Sapientia, caritatemq; verbi Dei admirabilem predicant, suspiciunt, osculantur.

3. Considera illicè post Diuinitatis illud decretum, publicari in cælo Mariæ nomine, per eam mysterium hoc complendum patiefieri; aduocari archangelum Gabrielem, ad summam legationem in Nazareth mitti, acceptisque a S. Trinitate mysticis legationis suæ litteris in Nazareth, ad Virginem aduolare. Considera, & vide virginem in se recollectam, inexplicabili dulcedine perfruentem, Angelum admittere: colloquia utriusque expende. Admirare virginis pudorem, sapientiam, in loquendo prudentiam, fidem eximiam, promptissimam Obedientiam sese totam Dei nutui & beneplacito relinquenter; ad cuius Obedientiae factam declarationem, operatione Spiritus sancti, concipitur in virgineo utero Dei filius.

In colloquio (quod ex his poterit sequi) age inter cætera sanctissimæ Trinitati immensas gratias pro incarnatione filij sui, peteq; per matris eius merita, ipsum in te concipi, spiritu sancto obumbrari, ad id consequendum virtutes necessarias, purita-

tem potissimum, & Obedientiam, ac verā demissionem.

## DE VISITATIONE.

1. Considera Virginem quietis, & contemplationis amantissimam, nec etatis teneritudine, nec itineris longitudine, nec asperitate montium, nec vlla re alia retardari, quominus ad caritatis, & humilitatis officia Elizabethæ præstanta, domo sua abeat. Iam gratia plena erat, iam Dei matre effecta, iam super mulieres omnes benedicta; quò itaque se altiorem videt, eò se demittere magis ardet.

2. Cogita quo caritatis affectu, postposito suo commodo & solatio, ad montes cōscendat, qua festinatione properet, nusquam hærens, nusquam vagabunda. Ingreditur tandem in domum Zachariæ, prior salutat, obsequium desert, illi de concepto Ioāne in senectute & sterilitate gratulatur. Sed & quām admirabilis, & fructuosa ea & visitatio, & salutatio fuerit, expende. Elizabeth repletur Spiritu sancto, exclamat præ admiratione, agnoscit in virgineo vtero conceptum Deum, ipsamq; Dei matrem effectam. Ioannes accelerato in se diuinitus rationis iudicio, in materno vtero exiit, Christum, matremq; eius salutat, sanctiificatur, Deo repletur.

Con-

3. Considera Mariam & tam admirandis rebus in sui præsentia effectis, & tantis laudibus, & encomijs ab cognata sua illi pronunciatis, nihil in sole scere, nihil sibi tribuere, seipsum magis abiucere, in Deum referre omnia, apertoq; cœlesti cordis sui thesau-ro, ardētibus in pectore amoris flammis, sublatis oculis, & manibus in cælum profundissima humilitate, & deuotione feruētissima erumpere in actionis gratiarū voces, & admirabile illud cāticum de promētre. *Manificat anima mea Dominum; &c.*

In Colloquio pete visitari à B. Virgine, & eius visitationis fructibus, gratijsq; gaudere. Pete à Deo per matris suæ ex crita, & suffragia profundam humilitatem, qua libenter alijs seruias; feruidā caritatem, qua salutē aliorū promoueas; exultationemq; spiritus tui, qua alacriter omnia officia tua obeas, Deumq; iubus in omnibus magnifices & exalte. Pater noster, Ave Maria.

## DE PURIFICATIONE.

1. Considera, quo studio legi diuinæ parendi, conferat se virgo mater Hierosolymam; qua reuerētia pretiosum illum cordis sui thesaurū, Iesum Filium ad templū deportet, virgineo pectori adstringat; qua humilitate, immūdarum mulierum instar sui purificationem instituat, sacerdotibus

D 5

sc

se exhibeat, ijs honorē deferat, pauperumque oblationē, par turturum, aut duos pullos columbarum offerat.

2. Considera quo pietatis affectu cum Iosepho sponso filium suum Iesum, velut agnum immaculatum Deo offerat. Ex parte illum sua, nostraque omnium, ut matutinum sacrificium, pacificamque hostiam offert in redemptionem generis humani, vna cum filio seipsum quoque offerens, & iterum Deo præsentans.

3. Considera quanta spirituali lætitia, devotione, reuerētia Simeon puerum Iesum in vlnas accipiat; quanta voluptate, gaudioq; Anna vidua sanctissima & matrem & filium commendet, omnibusq; annunciet, Anna prophetiæ spiritu donatur, Simeon eodē repletur, iam paratum se mori viso Domino protestatur. Maria admiratur, & exultat spiritu, Ioseph Deo gratias agit, omnes rerum nouitas artonitos habet.

In decursu ipsius meditationis expende, quām suave & dulce sit portare Iesum in corde, multoque magis eum in Eucharistia suscipere, & complecti; quamq; longe suauius erit, in templo illo cælesti accipere, videre, eo semper perfrui.

Pete ergo purgari indies magis, ut Deo dignè offerri possis. Immò & te per Mariæ manus illi offer. Roga diuinam gra

tiam.

tiam, vt Iesum perpetuo in te compotes, bonis cogitationibus & desiderijs; In vlnis etiam tuis, hoc est, in omnibus operibus, & actionibus tuis, circunferas. Conuerte te postremo ad Iesum, vt portari se a te finat, & ostendat tibi aliquando faciem suam, cum in eius pace mortalem hanc deposueris corporis tui sarcinam.

Pater noster, Aue Maria.

## DE ASSUMPTIONE

B. Mariae.

1. Considera quam preiosa fuerit in conspectu Domini Mariæ mors; quoties illam ipsa exoptauerit, quasi ianuam ad sublimiorem vitam; quomodo illi mors somnus fuerit iucundissimus; quomodo non tam ægritudine vlla corporis, quam affectus, desiderijque perfruendi filio vehementia, presentibus Apostolis, non sine filij amati presentia, anima preiosa, castissimo corpore soluta, in ipsius filij manus emerserit.

2. Considera quanta Angelorum omnium exultatione, quantis canticis praestantissima Virginis anima in cælum ad Sanctiss. Trinitatis thronum usq; adierit; quam certam sancti omnes gratulati sint, illiq; egrent gratias, quod Filiu Dei, Saluatorum suum

in utero concepisset, mundo porrexisset,  
omniaque ei obsequia detulisset. Eam & tu  
cum Angelis in cælum prosequere, & pa-  
res cum sanctis omnibus gratias age. Sed  
& considerationem tuam refer ad Aposto-  
los, examina eorum tristitiam de tantæ pa-  
rentis & magistræ absentia, permixtam ta-  
men non mediocri lætitia, quod eam sci-  
rent patronam se apud Deum habituros.  
Cogita quantis lachrymis, & canticis cor-  
pus illud sacratissimum loculo imposue-  
rint, in humeros suos extulerint, ad sepul-  
chrum detulerint: Illiste adiuge, paratum  
que te offer pro tanta virgine, parente tua,  
obsequia præstare omnia, & pro illius tu-  
mulo, cor tuum porrige, in eo ut cum filio  
suo requiescere velit.

3. Considera corpus nobilissimum non  
suisse conuersum in cinerem & putredi-  
nem, sed paucis ab obitu diebus anima san-  
ctissima, diuino imperio, ad illud rediisse,  
illi sese coniunxisse, & in cælum transtulisse.  
Considera ergo quo cælestis curiæ trium-  
pho, quibus canticis assumpta sit Maria in  
cælum deducente filio, cui innixa erat, cu  
innumeris angelorū agminibus, Deo suo  
conclamantibus: *Surge Domine in requiem  
tuam, tu & arca sanctificationis tuæ; Alijs ascē-  
datis virginis pulchritudinē admiratibus:  
Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs af-  
fluens!*

fluens? Tādem excipitur à Sanctissima Trinitate benevolentia incredibili, & in parato sibi solio, coronata, & totius cœlestis curiæ domina, Reginaque declarata, ad filij dexteram collocatur, coram ea Sanctis omnibus coronas suas deponentibus, & in Dominam, principemq; suam accipientibus.

In colloquio eam admirare, in dominam tuam accipe, & pete quæ suggeret spiritus tanta rerum magnitudine inflamatus.

Pater noster. Aue Maria.

---

## PARS QVINTA.

**CONSIDERATIO, AC MEDITATIO** perelegans de B. Virg. deipara, diebus Dominicis, vel Sabbathinis, vel alias sibi, ab eius cultoribus usurpanda.

**F**acto signo Crucis, Orationeq; præparatoria (de qua sub initium partis antecedentis aliquid diximus) imaginaberis B. Virg. Mariam adstare tibi, Solis instar, cui inclinando te, exhibebis ex intimo corde reuarentiam, procedesque ad sequen-

quentia puncta mente, & animo tecum  
ipse pertractanda.

1. Considerabis post Christum Domi-  
num, gloriosā virginē Mariā, quae plena  
est gratia Dei, sicut paradiſus terrestris, flo-  
ribus & herbis odoriferis ornata, beatius,  
aut melius esse nihil: talem omnino esse,  
qualem decebat eam, quę domicilium erat  
futura altissimi, Deique mater.

2. Considerabis B. Virginem multa ha-  
bere priuilegia inexplicabilia; illud præci-  
pue; quod & virgo sit, & mater Dei: Secun-  
dò, quod ab omni peccato immunis, nec  
veniale quidem toto suæ vitæ tempore  
commiserit: tertio, vbi mortua est, quo-  
modo cum corpore & anima in cœlum  
assumpta, super omnes choros Angelorū,  
& quicquid in cœlo & terra continetur, sit  
exaltata.

3. Considerabis ordinem vitæ ipsius  
fuisse sanctissimum; nam præter deuotissi-  
mas suas orationes, quas assiduè ad Deum  
fundebat, præter quotidianam cum Ange-  
lis conuersationem, id quoque studiosissi-  
mè agebat, vt in omnibus exercitiis suis,  
siue domesticis, siue externis publicis aut  
priuatis, cor suum & mentem in Deo sem-  
per haberet defixam.

4. Considerabis ea quæ frequentius à  
Deo solebat petere: primò enim petebat,

vt Deum nosse posset, & amore eundem cunctis rebus anteponens, diligenter quoque proximum, iuxta voluntatem Dei. Deinde petebat humilitatem, & Obedientiam tam erga Deum quam erga homines, tanquam duas præcipuas virtutes, ac fundamenta aliarum omnium.

5. Considerabis beatam Virginem cuidam animæ piæ reuelasse, se tot virtutes, ac gratiam tantam non potuisse acquirere sine multis orationibus & lachrymis; & dona cœlestia non intrare in animam sine precibus assiduis, & carnis mortificatione.

Denique facies colloquium ad eandem virginem, humiliterque ab ea petes, vt præter alia, impetreret tibi à Deo profundissimam humilitatem, firmatum animum corporis castitatem, feruidamque sui caritatem; extirpetque in te vitia contraria omnia.

*Tum subiunges Pater & Ave; vel hymnum, Ave maris stella; vel Litanias de beatissima Virginie Maria.*

**PARS**

## PARS SEXTA.

*Brevis, & succinctus amplissimarum B.*

*Virginis virtutum Catalogus, ex B.*

*Ambrosio decerptus.*

**E**T S I Sodales ex his, quæ iam dicta sunt, satis cognoscere possint eximias dotes, ac virtutes, quibus B. Virgo admirabiliter splenduit; ut tamen particularem magis & distinctam earum habent notitiam, faciliusq; eas sibi ob oculos ad imitationem proponant, subiiciimus breuem & succinctum earum Catalogum, qui illis erit loco speculi pulcherissimi planè, ac opportunissimi, quod cōtempentur, & spectent assiduè; ut ad eius normam se, moresq; suos effingant, & accommodent. Catalogum autem hunc decerpsumus, ex B. Ambrosij libr. 2. de Virginibus, quem totidem verbis referemus. Sic igitur magnus ille Doctor scribit, virgines cum primis, ac simul cultores illius omnes compellans.

Sit vobis tanquam in imagine, descripta virginitas, vitaque B. Mariæ; de qua, velut speculo, refulget species castitatis, & forma viutatis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere,

gere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistrorum. Quid nobilior Dei matre? quid splendidius eam, quam splendor elegit? quid castius eam, quae Corpus sine corporis contagione generauit?

Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quae nullo doli ambitu sicut adulteraret affectum.

Corde humilis, verbis grauis, animi *Humilitas*, prudens, loquendi parcior, legendi studio- & prudens; non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quærere.

Non lèdere reos, benè velle omnibus, *Lenitas* & assurgere maioribus natu, æqualibus non *māsuetudo*, inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem.

Quando ista vultu læsit parentes? quando dissensit propinquis? quando fastidiuit *in conuersatione* humilem? quando derisit debilem? quando vitauit inopem? eos solos solita cœtus virorum inuisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia.

Nihil toruum in oculis, nihil in verbis *Modestia* procax, nihil in actu inuercundum: non *in verbis*, gestus fractior, non incessus solutior, non *gestu*, incessu vox petulantior; ut ipsa corporis species *su, actu*.

simu-

simulachrum fuerit mentis, figura probitatis.

*Sobrietas,  
& preca-  
tionis assi-  
duitas.*

Quid exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam; alterum ultra naturam superfluisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hîc congeminatos ieunio Dies? Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias ministraret.

*Somni par-  
citas.*

Dormire non prius cupiditas, quâm necessitas fuit: & tamen cùm quiesceret corpus, vigilabat animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda pronunciat.

*Modestia  
foras pro-  
deundo.*

Prodire domo nescia, nisi cùm ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliore tamè sui custode, quâm seipsa, quæ incessu affectuq; venerabilis, non tam vestigium pedis tolleret, quâm gradu virtutis attolleret: & tamen alios habeat virgo membrorum custodes suorum, bonorum aut suorum se habeat ipsa custodem.

*Studium  
profectus.*

Sic Maria intendebat omnibus, quasi à pluribus moneretur, sic implebat omnia virtutis officia, ut non tam diceret, quâm doceret. Talem hanc Euangelista mon-

strauit;

strauit; talem Angelus reperit, talem Spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer? ut eam Parentes dilexerint, extra-nei prædicauerint, quæ digna fuit, ex qua Dei filius nasceretur?

Hæc ad ipsos ingressus Angelii inuen-ta domi in penetralibus, sine comite, ne q̄s *Quies*, & intentionem abrumperet, ne quis obstre-*solitudo nō* pereret. Neque enim comites sc̄eminas desi-*otiosa*. derabat quæ bonas comites cogitationes habebat. Quin etiam tum sibi minus sola videbatur, cum sola esset: nam quemadmo-dum sola, cui tot libri adessent, tot archan-geli, tot prophetæ? Denique & Gabriel eam ubi reuisere solebat inuenit, & Angelū Ma-ria, quasi viri specie mota, trepida, quasi nō incognitū auditō nomine recognouit.

Quām verò religiosa in propinquas fuerit, scriptura diuina significat. Nam & humilior facta est, ubi se à Deo cognouit electam, & statim ad cognatam suam in montana processit; non utiq; vt exemplo crederet, quæ iam crediderat oraculo. Et tribus cum ea mensibus māsit: tanti autem interuallo temporis nō fides quæritur, sed pietas exhibetur.

Quamuis esset mater Domini, discere *Studii eius* tamen præcepta Domini desiderabat; & in *Dei præ-  
quæ Deum generat*, Deum tamen scire *ceptis cognoscendis* cupiebat.

*Pietas eius,  
& caritas  
in alios.*

Quid

*Pudor &  
verecūdia  
eius in om-  
nibus.*

*Conclusio.  
Marie vi-  
ta omnium  
esse debet  
disciplina.*

Quid quod annis quoque omniaibus  
ibat in Hierusalem solemnī die Paschæ, &  
ibat cum Ioseph? Vbiq[ue] in virgine comes  
singularum virtutum est pudor. Hic indi-  
viduus debet esse virginitati, sine quo non  
potest esse virginitas. Nec ad templum igit[ur]  
Maria sine pudoris sui custode proces-  
sit.

Talis denique fuit Maria, vt eius vnius  
vita omnium disciplina sit. Si igitur auctor  
non displicet, opus probemus, vt quicun-  
que eius optat præmium, imitetur exem-  
plum. Hactenūs B. Ambrosius.

## PARS SEPTIMA.

*Ratio breuis, & efficax commendandi se  
B. Virginis, crebrò à bonis Sodali-  
bus instituenda.*

**F**acto signo Crucis, ac mente, corpo-  
re que ad Orationem composite, ima-  
ginabor B. Mariam coram me positam, ac  
omnino paratissimam ad indigentiam, &  
paupertatē meam subleuandam; si modo  
illi me gratum præstitero, ac eam feruide  
quicquid oportuerit, rogauero.

**G**ratias itaque illi agam de cunctis be-  
neficiis, quæ illa mihi à Christo im-  
petra-

petrauit; præcipue verò de iis, quæ peculia-  
riter intelligo me ipsius intercessione ob-  
tinuisse; qualia sunt; maior feruor & deuo-  
tio, maior affectus erga res sacras, studium  
virtutum; humilitatis cum primis, castita-  
tis, mansuetudinis, Caritatis, Sobrietatis;  
ardentius desiderium promouendæ meæ  
salutis, & aliorum: præclarus ingenium,  
memoria felicior, intellectus acutior, dili-  
gentia maior in studiis, & eiusmodi, quæ,  
ab dato nomine eius Congregationi, au-  
cta esse in me video & sentio.

Totum illi me tradam, atque offeram,  
orans ut mei tutelam, patrociniumque su-  
scipere, meque suo præsidio munitum, ab  
omni tum animæ, tum corporis periculo  
tueri dignetur.

Aliqua beneficia pro me, cæterisque  
proximis meis petam, vel certè conserua-  
ri, & augeri rogabo; præsertim ut mihi à  
suo filio profundam humilitatem, purissi-  
mam castitatem, & in recto virtutis itine-  
re profectum, ac perseveratiā impetrēt:  
præterea ut nonnihil doloris illius mihi  
impertiat, quem ex filij cruciatibus cepit:  
præparationis etiam atque ardoris scintil-  
lam, quo Sacrā Eucharistiam post Ascen-  
sionem Domini nostri sumebat. Denique  
augmentum deuotionis, & affectus erga  
candem sanctissimam virginem. Hæc au-  
tem

. 9

tem beneficia per septem eius gaudia, do-  
loresque totidem petam, quibus est affecta  
dum viueret.

*Oratio, quæ à singulis Sodalibus recitari  
& potest, pro perseuerantia in cultu Dei,  
& B. Virg. Mariæ impetranda.*

**D**eus, qui nos sub alis sanctissimæ ma-  
tris filij tui constitutos ad brauium  
superioræ vocationis accendis, pectoribus  
nostris purificandis illabere, & gratiam  
nobis, qua in te, & seruitio eiusdem sacra-  
tissimæ virginis Mariæ perseueremus, in-  
fundere; ut protectionis vestræ muniti præ-  
sidiis, quod te, Domine, donante promisi-  
mus, impleamus; & nostri propositi exe-  
cutores effecti, ad ea, quæ perseuerant  
bus in te, promittere dignatus es, pertin-  
gamus.

*Alia Oratio.*

**B**eatæ, & gloriæ, semperque Virgi-  
nis Mariæ, quæsumus Domine, inter-  
cessio gloria nos protegat, & ad vitam  
perducat æternam. Per Christum Dominum  
noscum. Amen.

PARS

20

## PARS OCTAVA.

*Mysteria Rosarij.*

**Q**uae fuerit Rosarij institutio, quæ ap-  
probatio, quæ eius institutionē con-  
secuta vtilitas, suprà diximus. Hoc tantum  
breuiter in præsentia. Rosarium apud Ca-  
tholicos aliud nihil est, quàm sertū quod-  
dam spirituale, mysticis vocibus ex Euan-  
gelio depromptis, tanquam rosis contex-  
tum, quod virginī virginum, Dei matri of-  
ferimus. Serta enim virginū capitibus or-  
nandis propriè adhibentur. Rosarium au-  
tem cōstat oratione dominica quinquies,  
& salutatione Angelica 50. repetita; vnde  
Rosariū tertio dictum efficit numerū 150.  
in salutatione, qui est numerus Psalmo-  
rum Dauidicorum, à quo numero vocâ-  
runt trinum illud Rosarium, psalterium  
beatæ Virginis. Quinquies in Rosario o-  
rationem dominicam repetimus, vt quin-  
que vulnerum Christi memoriam refrice-  
mus. Salutationem verò Angelicam cui-  
que Orationi decies subiicimus, vt in mea  
tem nobis veniat 10. Dei mandatorum'.  
Eandem 50. toto Rosario iteramus, vt ple-  
nam peccatorum remissionem, quæ quin-  
quagenario numero Iubilæi in Scripturis  
sanctis significatur, intercessione beatæ

Virg.

Virg. per merita dominicæ passionis con-  
sequamur.

Porrò ut mens Orantis, cui difficile  
videtur, & tædiosum, ad eadem verba to-  
ties repetita attendere, fructu suo non ca-  
reat, piè ordinatum est, ut quodlibet Rosa-  
rium quinque mysteriis perficeretur, qui-  
bus meditandis, dum os verba proferret,  
mens occuparetur.

Primo Rosario assignata sunt quinque  
gaudia Sanctissimæ matris; quinque deca-  
dibus accommodata: quibus illa ex his, quæ  
circa Christi naturam humanam contige-  
runt, affecta fuit: Nimirum ista.

1. *Annuntiatio dominicæ Incarnationis.*  
2. *Visitatio Elizabethæ.* 3. *Nativitas  
Christi.* 4. *Oblatio Christi in tēplo.* 5. *In-  
uentio pueri Iesu inter Doctores.*

In secundo Rosario memoria fit quin-  
que Mysteriorum passionis Christi, quæ  
sunt:

1. *Oratio, & captiuitas Domini in horto.*  
2. *Flagellatio.* 3. *Coronatio.* 4. *Baiulatio  
Crucis.* 5. *Crucifixio.*

In tertio Rosario proponuntur quin-  
que mysteria gloria post Christi Domi-  
ni mortem, nimirum:

1. *Resurrectio Domini.* 2. *Ascensio eius in  
cælos.*

*cœlos. 3. Aduentus Spiritus sancti in Mariam & discipulos. 4. Assumptio B. Virginis. 5. Coronatio eiusdem.*

Ex quibus patet multiplex Rosarij usus & fructus: quo scilicet renouatur memoria omnium mysteriorum vitæ Christi, & B. Virginis, capitumque præcipuum fidei. Quod sanè compendium eo est apud omnes utilius, quo latius patet eius usus quam librorum; legi enim potest etiam à literarū imperitis, à cœcis, in equis, & in curribus, & in tenebris densissimis. Nunquam verò omittenda sunt mysteria, circa quæ intelligentia & memoria occupentur, et si initio aliquid videatur habere difficultatis, eorum ita semper meminisse. Paucorum dierum usus rem totam facillimam reddit. Simplex certè, & ieiuna decadum decursio est, & obnoxia multis distractionibus, parum consolacionis, multum verò rædij habet, nisi vñā in decadibus singulis mysterium aliquod euoluas. Si enim mysteria ea omiseris, priuas te saluberrima, suauissima, Deoque & parenti eius gratissima recordatione diuinissimorum vitæ Christi & Mariæ, salutisque omnium nostræ mysteriorum.

E PARS

## PARS NONA.

*Modus recitandi facile Rosarij.*

**V**T tantò faciliùs, & diligentius Sodales in recitando Rosario mysteria proposita percurrant, modum sat opportunum, & facilem subiiciemus. Is est, ut antequam decadem aliquem inchoes, mysterium quod in ea meditandum est, breuiter in memoriam reuoces, retinendum posteà, dum decadem absoluas. Deinde sub initium Orationis dominicæ, Deum velut præsentem animo subiicias, ut patrem. Sub initium Salut. Angelicæ, beatam Virginem, ut matrem; ut nimis imaginatio circa id occupata, euagari huc illuc non possit. Vel certè imagineris te ferri per ea loca, in quibus ea mysteria facta sunt, illisque te præsentem esse cogites, ac si ea oculis tuis haberes proposita. Quod citra difficultatem magna animi voluptate, sensuque fieri potest; sicut ocosi aliquando imaginamur nos totam Hispaniæ percurrere, videre, intuerique mira, &c. Et die quidem Dominico, & feria 5. tertij generis mysteria, quæ gloria dicuntur. Feria 2. 3. & Sabbatho, primi generis, quæ gaudiosa appellantur. Feria 4. & 6. ea quæ lutoosa

etuosa nuncupantur expendi & considerari possunt.

Ad faciliorem quoque mysteriorum considerationem quidam vir doctus, & pius insignem modum suggerit; ut ad singulas scilicet decades, mysterium ipsum, cui volumus intendere, in ipsis salutationibus Angelicis tribus verbis interseratur, hoc pacto.

### In Rosario Gaudioso.

*Ad decades singulas, cum peruentum  
fuerit ad nomen I E S V S  
adijciatur*

1	Quem	Virgo concepisti.	S. Maria Mater Dei, ora pro no- bis pec- catorib', &c.
2		Visitando Eliza- beth portasti.	
3		Virgo genuisti.	
4		In templo præ- sentasti.	
5		In templo inue- nisti.	

## In Rosario Doloroso.

*Ad decades singulas, cùm peruentū fuerit ad nomen IESVS, adiiciatur*

1	in sanguine sudauit.	Sancta
2	Flagellatus est.	Maria
3	Spinis coronat⁹ est.	Mater
4	Crucem baiulauit.	Dei &c.
5	Crucifixus est.	

## In Rosario Glorioso.

*Ad decades singulas, cùm peruetum fuerit ad nomen IESVS, adiiciatur*

1	Resurrexit à mortuis.	San-
2	In cœlum ascendit.	cta
3	Spiritum Sanctum mi-	Ma-
4	lit.	ria
5	Te assumpsit.	&c.
	Te in cœlis corona-	
	uit.	

*Mart. Na-  
uarrus Mis-  
telan. 24. 60. amplius annos habuisset consuetudi-*  
nem quotidie recitandi Rosarij, negat se  
melius quicquam reperisse ea exercitatio-  
ne, modoque, quem initio huius-partis  
septimæ proposuimus. Is quoque abso-  
luta

Iusta quavis decade, quasi animi recitandi causa, hisce verbis ad gratulationem se excitabat.

*Absoluta prima.* Decies millies te benedicat virgo Mater, gloria Maria, omnes Angeli, & Archangeli, vniuersique Curiæ cœlestis Spiritus, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cœlo. Amen.

*Post 2. decadē.* Vicies millies te benedicant, virgo mater, gloria Maria, omnes SS. Patriarchæ, Prophetæ, Innocentes, S. Ioannes Baptista; & omnes Sancti antiqui testamenti; cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cœlo. Amen.

*Post 3.* Tricies millies te benedicant, virgo mater, gloria Maria, omnes Sancti Apostoli, discipuli Domini, Euangeliæ, omnesq; glorioſi martyres; cum quibus &c.

*Post 4.* Quadragies millies, &c. omnes SS. Confessores, Episcopi, Doctores, monachi, Eremitæ, virgines, vidui, coniugati; cum quibus, &c.

*Post 5.* Quinquagies millies te, &c. Sancta Anna mater tua, & Mariæ cognatæ tuæ, amicissimæq; tibi Magdalena & Martha, omnes sanctæ virgines, viduæ, coniugatæ; cum quibus, &c.

## PARS DECIMA.

*Quid Corona, & quis eius recitandum modus.*

**I**Am valdè in vsu est id genus Rosarii, quod D. Virginis Corona dicitur, quæ sex decadibus continetur, quibus adiicitur oratio Dominica, & ter salutatio Angelica, ac postremò concluditur Symbolo Apostolorum. Corona hæc inuenta & usurpata videtur in honorem 63. annorum, qui à multis diuæ Virgini tribuuntur, vt singulis annis respondeant singulæ Salutationes Angelicæ, quæ sunt 63. Corona autem hæc cum recitatur, in quinque primis decadibus, antedicta mysteria pia cogitatione euolui debet. In sexta autem decade, eadem repeti possunt, primum scilicet in primo Aue, secundum in secundo, & sic deinceps: ita vt in singulis decem illius decadis salutationibus, bis singula mysteria repetantur: aut in duabus primis Salutationibus vnum; in duabus secundis secundum, & sic deinceps: aut certè vnum aliquod mysterium, in quo magis nos commoueri sensimus, in tota vltima decade iterum mentis oculis subiiciatur. Ad tria autem vltima, Aue Maria, virtutes subiectas, vel alias pro cuiusque deuotione, per

inter-

intercessionē gloriosæ virginis possimus  
à Deo postulare, hoc modo :

*In 1. Rosario post IESVS, adjiciatur.*

Qui no-      Fidem rectam.      S. Ma-  
bis au-      { Spem firmam.      ria ma-  
geat      { Caritatem per-      ter, &c.  
                  petuam.

*In 2. Rosario post IESVS, adjiciatur.*

qui      Intellectum illumi-      Sancta  
no-      { net.      } Ma-  
bis      { Volūtatem perficiat.      ria,  
                  Memoriam roboret.      &c.

*In 3. Rosario post IESVS, adjic-  
ciatur.*

qui      Dirigat cogitatio-      Sancta  
            nes.      } Maria,  
            Regat verba.      } &c.  
            Gubernet opera.

Post sextam autem Coronæ decadentem  
adjici potest: *Centies millies te benedicant, vir-  
go mater, gloriosa Maria, omnes Sancti, sanctæq;  
Dei, cum quibus speramus, &c.*

Plenum sanè pietatis, & voluptatis  
spiritualis, id est, benedictionis, & gratu-

E 4 latio-

lationis exercitium, quandoquidem grā tam memoriam continet Sanctorum omnium, quorum vocibus, & æternis encōmīs, honoribusque, quos semper Deo, parentique eius tribuunt & decantant, nostras quasi voces & laudes adiungimus; facere iam incipientes in terris, quod facere cupimus æternum in cœlis.

## PARS VNDECIMA.

*Expositio Salutationis Angelicæ ex sanctis Patribus Latinis & Gracis contexta, per modum meditationis usurpanda: Cum aliquot SS. Patrum orationibus, quibus opem implorant B. Virg. Maria.*

## AVE MARIA.

S. Ephræm  
orat de lau-  
dibus san-  
ctissimæ  
Dei ma-  
ris.

A Ve Domina, stella fulgentissima, lux  
illusterrima.  
Aue pax, gaudium, & salus mundi.  
Aue generis humani lætitia.  
Aue Patrum patrocinium, & Prophetarū  
decus.  
Aue Martiū pulchritudo, & corona San-  
ctorum.

GRA.

## GRATIA PLENA.

Impleta es gratia, & Euæ vacuata est *S. Aug. ser.*  
 culpa: Maledictio Euæ in benedictionem *2. de An-*  
 mutatur Mariæ. *nunc.*

Singulis gratia se est largita per par-  
 tes, tibi vero se totam dedit gratiæ pleni-  
 tudo: *S. Petrus  
Chrysologus  
ser. 143.*

## DOMINVS TECVM.

Tecum in corde, tecum in ventre, te- *S. Aug. loco*  
 cum in utero, tecum in auxilio: *citato.*

Nec tantum Dominus filius tecum, *S. Bernar-*  
 quem carne tua induis; sed & Dominus Spi- *hum. 3. su-*  
 ritus sanctus, de quo concipis; & Dominus *missio-*  
 Pater, qui genuit quem concipis.

## BENEDICTA TV IN MV-

LIERIBVS.

O foemina super omnes foeminas be- *S. Aug. loco*  
 nedicta, quæ virum nō nosti, & virum tuo *citato.*  
 utero circundedisti. *S. Chrysostom.*

Verè benedicta, quæ fuisti maior coe- *lo; fortior terra, orbe latior: nam Deum*  
*quem mundus non cap'it, sola cepisti. Por-*  
*tasti Deum, qui portat orbem; genuisti*  
*genitorem tuum, nutriuisti omnium vi-*  
*uentium nutritorem, benedicta tu, quæ is-*  
*lam generalem maledictionem evasisisti,*  
*qua dictum est, In tristitia paries filios; &*

E s nihil

nihilominus illam, quā scriptum est, Ma-  
ledicta sterilis in Israel; ac singularem con-  
secuta es benedictionem, ut nec sterilis ma-  
neas, nec cum dolore parturias.

S. Andr.  
Cretens. in  
salut. An-  
gel.

Tu verè benedicta, quæ sola sine viri  
coniunctione filium genuisti, qui cœlos  
condidit, & terram virginitate tua cœlis  
exæquauit.

Benedicta tu in mulieribus, quam bea-  
tam dicunt omnes generationes; quam re-  
ges honorant, principes venerantur; diui-  
tes populi obsecrant; virgines quæ vel præ-  
cesserunt, vel sequuntur, in templum regis  
comitantur.

ET BENEDICTVS FRVCTVS  
VENTRIS TVI IESVS.

S. Bern. lo-  
socitato.

Verè benedictus fructus ventris tui, in  
quo benedictæ sunt omnes gentes: de cu-  
iis plenitudine tu quoque accepisti cum  
cæteris, et si differentius à cæteris. Benedi-  
ctus in odore, benedictus in sapore, bene-  
dictus in specie.

S. Andr.  
Cretens. lo-  
socitato.

Benedictus fructus, ex quo ligni ama-  
ritudo dulcescit; qui ex incorupta virginei  
vteri planta racemos extulit.

Benedictus fructus, de quo vescens  
protoplastus Adam, euomuit veterem il-  
lam potionem, per quam fraudis venenū  
haucrat.

Bene-

Benedictus fructus, ex quo vitalis panis dominici corporis, & salutare immortalitatis poculum conficitur.

SANCTA MARIA, MATER DEI ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS, NVNC, ET IN HORA MORTIS NOSTRAE. AMEN.

His paucis verbis Sancta mater Ecclesia comprehendit, an per epitomen quasi complectitur omnes SS. Patrum orationes, preces, supplicationes, quas ipsi beatæ virginis obtulerunt; ut ex sequentibus fiet manifestissimum.

*Sancti Augustini, Ecclesia Summi Doctoris, perelegans ad B. Virginem Mariam.*

ORATIO.

**O** Beata Maria, quis tibi dignè valeat *Serm. 2. de iura gratiarum, ac laudum preconia annuntiati-* rependere, quæ singulari tuo assensu, mun *one domi-* do succurristi perdit? Quas tibi laudes fra- *nica.* gilitas humani generis persoluat, quæ so- lo tuo commercio recuperandi cœli adi- tum inuenit? Accipe itaque quascunque *exiles*, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones; & cùm suscepferis vo- ta, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrariū exauditionis,

E 6 & re-

& reporta nobis auctydotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingrimus; fiat impenetrabile quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus, quia tu es spes unica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria succurre miseris, iuuanus illanimes, refoue debiles; ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu sentienti omnes tuū iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Assiste parata votis poscentium, & repende omnibus optatum effectum. Sint tibi studia assidue orare pro populo Dei, quæ meruisti benedicta redemptorem ferre mundi, qui viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

*Beati Ephræm Syri, viri sanctissimi, & doctissimi ad eandem B.*

*virginem Oratio.*

*In Oratione ad sanctissimam Dei genitricem.* **O** Immaculata, impolluta, incorrupta, pudica virgo, Dei sposa, Domina nostræ, unica spes desperatorum, oppressorum subSIDium, & ad te currentium auxilium praesentissimum, omnium denique Christianorum profugium; meam sor- diditatem.

didissimam, indignisque labrijs expressam orationem admitte, nec nō tuum quidem filium, meum autem herum, & Deum materna tua liberalitate volens exora, vt mihi quoque mitissima illa suæ pietatis visceria reseret, & posthabit is innumerabilibus peccatis, ad pœnitentiam me conuertat, probeque sua complere mandata concedat. Ad sis mihi semper Virgo misericors, clemens, & benigna, in præsenti quidem vita feruens protectrix & auxiliatrix, hostiles impetus repellens, & me ducens ad salutem, ac in supremo vitæ momento miseram meam animam conferuas, & tenebrosos malorum dæmonum aspectus ab ea procul abigens; in terribili autem die iudicij, ab æterna damnatione me liberans; postremò inaccessæ tui filij & Dei gloriae me hæredem efficiens: quam per intercessionem fauoremque tuum, domina mea sanctissima, Dei mater, te etiam atque etiā oro assūqui valeam, gratia, miseratione & humanitate vñigeniti tui filij, Domini & Dei, ac Saluatoris nostri Iesu Christi, cui conuenit omnis gloria, honos, & veneratio cum æterno eius patre, & sanctissimo, optimoque vitæ auctore Spiritu, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

B 7

Beati

Beati Bernardi Doctoris melliflui Oratio  
ad D. Virginem.

Serm. 2. de  
Aduentu  
Domini.

PER te accessum habeamus ad filium ô  
benedicta inuentrix gratiæ, Genitrix  
vitæ, mater salutis, vt per te nos susci-  
piat, qui per te datus est nobis. Excuset a-  
pud ipsum integritas tua culpam nostræ  
corruptionis, & humilitas Deo grata no-  
stræ veniam impetrat vanitati. Copiosa ca-  
ritas tua nostrorum cooperat multitudi-  
nem peccatorum, & fœcunditas gloria  
fœcunditatem nobis cōferat meritorum.  
Domina nostra, mediatrix nostra, tuo Fi-  
lio nos reconcilia, tuo Filio nos commen-  
da, tuo Filio nos repræsenta. Fac ô benedicta  
per gratiam, quam inuenisti, per præro-  
gatiuam quam meruisti, per misericordiæ  
quam peperisti, vt qui te mediante fieri di-  
gnatus est particeps infirmitatis, & mis-  
eritiae nostre, te quoque intercedente partici-  
pes faciat nos gloriæ, & Beatitudinis suæ,  
Iesus Christus, Filius tuus, Dominus no-  
ster, qui est super omnia Deus benedictus  
in secula. Amen.

*Nos cum prole pia benedicat virgo  
Maria.*

CAPVT